



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 63. Hujus Sententiæ executio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

Sæc. XVII.
A.C. 1621.

§. LXIII.

Hujus sententiae executio.

Die igitur vigesima prima Junii clausis portis, dispositisque per platta publ. teas militibus sententia hæc, ut lata l. 6. erat, executioni dabatur, & quidem Carafa novem Directores capite puniti sunt Germ. Rest. præter alios octodecim, quorum tam p. 10r. men corpora contrectare, carnifici con- Lotich. l. 8. cessum non erat, Jessenio autem car- c. 5. §. II. nifex manibus in tergum revinctis ap- Brachel. prehensam forcipe linguam abscidit, pag. 37. quam poenam fusis ad Deum precibus invicta patientia eum subliisse testantur Lotichius, aliique Scriptores heterodoxi: mihi tamen ad manus est Historia præfati Lotichii, ubi ignota manu hæc verba adscripta lego, *tu dicas, ego vero, qui vidi, non credo.* Præterea Elias Rossinus Senior, & Theodorus Sixtus in carcere ad multorum preces, donec Cæsar Pragam veniret, relicti sunt, ceteri vero e fenestra partim suspensi, partim virgis cæsi, & in exilium amandati; multorum enim Cæsar poenam mitigabat, quosdam etiam supremo supplicio eximebat, ipsis quoque uxoribus, & amicis concedebat, ut mortuorum corpora sepeliri curarent. Diebus autem, postquam sup-

N 3 pli-

Sæc. XVII. plicium subierat, sequenti die mortuus
A. C. 1621. in carcere inveniebatur. Jam antea
 Fruweinius itidem Director per fene-
 stras ex Turri præcipitem sese dederat:
 aſt a carnifice in faccum intrusus, &
 currui impositus, in quatuor partes
 dissectus fuit, capite & manu ejus dex-
 tra ad patibulum, partibus vero in
 variis locis affixis. Hujus autem exe-
 cutionis æquitas ac necessitas compro-
 bata legitur in actis publicis Londorpii
 l. 6. pag 907. Refert etiam Carolus
 Carafa Episcopus Aversanus, Author
 fide dignissimus, ac summi Pontificis
 apud Cæsarem Legatus; quod eadem
 die, in quam inciderat octava festi diei Sandi
 Viti, Metropolitane Ecclesie Pragensis
 Patroni, ab ipfismet hæreticis, immo ab
 ipfismet Satellitibus Friderici Palatini au-
 ditus fuisset noctu in prædicta Metropoli-
 tana Ecclesia, a media decima, more Ger-
 manico usque ad tertium quadrantem horæ
 undecimæ, cantus multorum tanquam Pres-
 byterorum Catholicorum psallentium in cho-
 ro, unde postea cognitum fuerit sanctum Vi-
 tum, & alios Sanctos, quorum reliquiae
 in eadem Ecclesia asservabantur, illo cantu
 clamaſſe vindictam, quæ anno revoluto ea-
 dem die de prædictis Directoribus justo Di-
 judicio sumpta fuit.

Bellus p. 596. Addit his Brachelius, auctoritate &
Sapientia viri gravissimi permotus, liben-
 ter

ter hæc commentationibus meis inferui, cete- Sæc. XVII.
roquin quomodo cunque auditis, narratisque, A.C. 1621.
uti facile fidem non habeo, ita nec comme-
morandis credulitate legentium abutar.

Demum Cæsar pro innata sua clementia, se ad veniam ceteris reis concedendam inclinare, palam declarari jussit, dummodo plerique se ad recipiendos gratiæ fructus aptos redde-rent, quocirca non pauci ex Bohemis non modo in Cæsaris gratiam recepti, sed etiam Religionem Catholicam amplexi sunt: captum quoque Anhalti-num Juniores Imperator ad Christiani Principis Patris sui preces, concessa delicti venia, libertati restituit, & quarto post anno ipsum quoque Patrem benigne recepit.

§. LXIV.

Prædicantes Praga & ex toto Bohemiæ Regno exclusi.

Peracto hoc suppicio Cæsar multos *Merc. t. 9.*

Prædicantes Bohemos & Ministros ^{l. 2. p. 360.} *Brachel.*

Acatholicos e toto Bohemiæ Regno *Hift. l. 1.*

ejici jussit, non quidem ex sectæ odio, *pag. 37.*

sed quia ferventibus turbis Bohemicis *Carafa l.c.*

moderationis limites egressi, multa in *Theatr. Eu-*

Cæsarem seditiose, petulanterque non *rop. p. 542.*

modo ad populum pro concione de-clamitassent, sed scriptis etiam, atque

N 4 editis